Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35185
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



mali auctores hijs verbis proclamaret Heu mihi unde
michi hoc consilium fuit ut ego filium meum
unicum a me removerem huius doloris ego mihi
auctor existo O virgili ubi est amicicia quam fin-
gebas ubi fides tua Ita erudisti amici filium
ut mutum redderes Sed quis tibi hoc imputet
quis credat te filio dolopathos cesaris nepoti
hoc intulisse malum Sed hec pessimis legatis
imputo hij alicuius pecunia corrupti de bona cu-
stodia filium perdiderunt O homines maleficos o ve-
neficos o mille mortibus perimendos ubi cruces
ubi aculei ubi singulorum tormenta o si thaurus
eneum haberem ut hos maculoso igniqz suppo-
sito horrendum cunctis spectaculum exhiberem luci-
mus autem videns dolorem patris esse vehementem
legatisqz iam mortem paratam cedulam et cala-
mum et atramentum cum festinacione sumit scribens patri
quod non despiceret eius senectutem nec a virgilio
nec a legatis aliquas insidias passus esset Sed
hoc ei ex matris defuncte tristicia dum viverat
accideret absoluit igitur in gratiam et legatos a criminis
suspicione

23. Interim vero dum hec in cubiculo aguntur
amici regis in pallacium convenerant tracta-
turi cum rege de hijs que coronando lucinio
deberent fieri Quaerunt ubi sit rex percipiuntqz eum
summo diluculo filij cubiculum introyisse accedunt
autem ad ostium et pulsant fiducialiter ut amici ut